



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Witerrano Episcopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

si quæ apparuerint à sede apostolica præter alienum partium impetratae. Quod si non omnes &c. duo velutrum. Datum Laterani 111. Nonas Ianuarij, anno undecimo.

## WLTERRANO. EPISCOPO.

*P. 1. 106.  
Commissari  
et quadam can  
fi nuntiatio  
nibus.  
Ex parte,  
la refusa, pa  
har.*

**E**x parte M. mulieris fuit propositum coram nobis quod cum eam adhuc infra pubertatis tempora constitutam quidam patruus suus . filio . Senensis civis nondum septem annorum voluerit in matrimonio copulare , ac eadem traducta fuerit in domum civis ejusdem , ipsa ex quo ad nubiles annos pervenit , ratum nolens habere quod à dicto patruo suo circa hoc fuerat procuratum , à venerabili fratre nostro Senensi Episcopo nubendi alij licentiam postulavit. Cumque partes idem Episcopus citavisset , & prefata M. per procuratorem idoneum in judicio compareret querens possessiones & res alias sibi restitui dotis nomine pro se datas , & pars altera restitutionem peteret mulieris ejusdem , asserens eam non posse per alium causam agere , sed debere ipsius tractatu personaliter interesse , prefatus Episcopus dabant quid super in statuere posset de jure , prout nobis suis litteris intimavit , processu negotij supersedit. Quia igitur non credimus ambigendum quin ipsa mulier , quamvis minor esse dicatur , & causam possit matrimonij per procuratorem tractare , ac pars alia restitui nequamquam debeat , quod nullo juris seu possessionis est commido defituta , cum per solam traductionem prædictam , quam non præcesserunt sponsalia vel consensus legitimus nec fuerunt etiam subsecuta , nullum inter eos obligatorium vinculum sit contractum , ut finis litibus imponatur , fraternitati trax per apostolica scripta mandamus quatenus si est ita , nonobstantibus exceptionibus supradictis , partibus convocatis , audiatis quæ hinc inde duxerint proponenda , & quod canonicum fuerit appellatione remota decernas , faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Nullis litteris veritati & justitiae præjudicibus à sede apostolica impetratis. Datum Laterani 111. Idus Ianuarij , pontificatus nostri anno undecimo.

LITTERÆ HENRICI  
*Confœtianopolitani Imperatoris ad  
Dominum Papam.*

*P. 1. 107.  
De obediencie  
et Votis.*

**S**ancissimo Patri ac Domino Inno centio Dei gratia summo & universa

li Pontifici , Henricus eadem gratia fide. *pad Philippo<sup>2</sup> polim.*

lissimus in Christo Imperator , à Deo coronatus , Romanæ moderator , & semper Augustus , salutem & tam promptam quam debitam in omnibus obdientiam. Non hominum sed Dei omnipotens potissimum fuit , & præcipue meritis & intercessionibus beatissimi Petri & Ecclesie Romanae non nostris meritis hoc evenit , ut imperium Romanæ nostro potentatui subjaceret. Cum enim miraculosè factum fuerit ut ad honorem beati Petri Constantinopolis caperetur , miraculosis his diebus , beatissimo Petro dimicante pro nobis , Christus operatus est in nobis , cuius auxilio , vigilia ipsius Petri festi quod votatur ad vincula , iniquissimum persecutorem Ecclesie Dei Vouillam apud Philopopolim debellavimus , eumque , infinita strage facta suorum , de campo fugavimus ; & ut gaudeatis nobiscum in Domino , quindecim dietas terræ imperio nostro de suo acquisitas habemus. Status noster melioratus est , & de die in diem suscipi incrementum ; nec nobis ascribimus , sed potius Deo & vobis , & fidei quæ in Ecclesia Romana subsistit. Novent sanctitas vestra quod sani sumus & incolames , quod libertissime audiremus de vobis , & quod pro fide Ecclesie beatissimi Apostolorum principis , cuius vicem geritis , subire martyrum non timemus ; cui quicquid facimus , quicquid acquirimus , pro nomine ipsius & in ipso est & erit. Grates infinitas vobis referimus de honore à vobis exhibito G. famulo nostro , & de negotiis nostris à vobis obtentis. Literas vestras grataanter suscepimus & de votè. Rogamus omnimodis Deum ut vos , quem ad honorem suum & Ecclesie ipsius crexit pastorem , in sua constitutam fide fanos & incolumes diutius permanere , & conservet nobis vos famulum suum ; vobisque , cuius preces efficacissime sunt apud Deum , rogate pro nobis ut ipse nobis pro ipso dimicantibus opem conferat salutarem & vitam diutinam & victoriam nobis donet. Volumus ut Ecclesia Romana nos habeat mandatorum executores suorum ; quia nos non sumus ejus domini , sed ministri. Pater sancte , valeat sanctitas vestra , subveniendo nobis in nostris petitioribus , quæ pro nobis & pro terra nostra mittentur ad vos. Hucusque pia mansuetudo vestra nostras preces & petitiones benignè recepit , & quod bono inchoata est principio , placido consequatur effectus , quia nisi patrocinio vestro terra & impe-

H h iij